Eiusdem Demissio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Sbransen. personaliter comparens Nobilis Joannes filius Stanislai Chrzeszczowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Petro olim Erasmi Dąbrowski et eius posteris Obligationem suam terrae immobilis in bonis Chnatki sitae eidem per Nobilem Albertum Dąbrowski in summa Ducent. Florenorum Polonicalium coram Actis authenticis inscriptam et cum adiacentiis cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis suae ac parata intromissione possessione tuitione evictione et ligamentis in originali inscriptione contentis accepta satisfactione demittit. Intromissionem Nobili ex nunc cum possessione pacifica per Nobilem et Nobiles duos officiose acceptandam admittendo. Salvis in seminatis hyemalibus sibi recognoscenti custoditis.

Eiusdem Exemptio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Sbransen. personaliter comparens Nobilis Bartholomeus olim Joannis Falkowski nomine Nobilis Annae Falkowska genitricis suae a qua pacem de rato et grato cavet sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Petrus olim Erasmi Dąbrowski ex obligatione bonorum in hereditate Chnatki sitis per ipsum praefatae Annae Falkowska genitrici suae in summa Ducent. Florenorum Polonicalium inscripta eandem summam ex integro persolvit idem ipsum quietat inscriptionem cassat et de bonis ex nunc sibi iure hereditario condescendit. Salva seminatura hyemali sibi recognoscenti praecustodita.

Golemniewski Demissio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Sbransen. personaliter comparens Nobilis Valentinus olim Jacobi Brzozowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Adamo olim Joannis Golemniewski et eius posteris Obligationem terrae immobilis in bonis Brzozowo Szwendugi sitae sibi recognoscenti per Nobilem Stephanum Kulesza in Sexaginta Florenorum Polonicalium inscriptam cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis suae ac parata intromissione possessione tuitione evictione et ligamentis in originali inscriptionis accepta sua sufficienti satisfactione demittit [illegible] ex nunc cum pacifica possessione per Nobilem et [illegible] dam admittendo. Personali sua recogni[illegible]

Kulesza Brzozo[illegible]

Coram officio et Actis praesentibus Castren. [illegible]

3406

Nobilis Joannes olim Alberti Brzozowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobiles Stephanus Kulesza olim Raphaelis et Zophia filia olim Mathiae Brzozowski coniuges ex obligatione bonorum in hereditate Brzozowo antiqua sitis sibi recognoscenti per olim Nobilem Mathiam Brzozowski in summa Duodecem sexagenarum Polon. inscriptis eandem summam ex integro persolverunt ideo ipsos quietat inscriptionem eiusmodi cum toto eius effectu cassat et annihilat ac de bonis dictis omnis hereditatis condescendit.

Eiusdem **Exemtio**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. [struck] comparens Nobilis Valentinus olim Jacobi Zaleski de Zalesze antiqua heres Nomine Nobilium Joannis et Josephi olim Gregorii Brzozowski filiorum privignorum suorum a quibus de rato et grato cavet et eosdem ad approbandam infrascriptam quietationem de omnibus bonis cum suis sibi statuere coram Actis quibusvis Actis authenticis cum [struck] leverint et ad discretionem [blot] aetatis pervenerint sub Vadio Quatuordecem Marc. Polon. submittit sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobiles Stephanus olim Raphaelis Kulesza et Zophia olim Mathiae Brzozowski filia mutuum coniuges ex obligatione bonorum in hereditate Brzozowo antiqua sitis olim Nobili Gregorio Brzozowski parenti praefatorum privignorum suorum per Nobilem Mathiam Brzozowski in summa Quatuordecem florenorum Polon. inscriptis eandem summam ex integro persolverunt ideo ipsos quietat inscriptionem cassat et de bonis dictis omnis hereditatis condescendit.

Malinowski **Demissio**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. [torn] comparens Nobiles Marina filia olim Nobilis Melchioris Sopiczewski relicta consors olim Nobilis Joannis Malinowski et Albertus filius olim eiusdem Joannis Malinowski suo et Nobilium Stanislai et Christophori filiorum ac fratrum suorum Nominibus a quibus de rato et grato cavent sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt. Quia Nobilis Mathias olim Stanislai Malinowski et ipso possidens obligationes suas terrae immobilis in bonis Malinowo Zdzieri sitis olim Marito et parenti [torn] per Nobilem Catherinam olim Michaelis Malinowski relictam consortem olim [torn] Malinowski suo et Nobilium Pauli Simonis Leonardi [torn] in sex sexagenarum Polon. Coram Actis [torn] vero per eandem Catherinam et Paulum [torn]linowski eidem praefato Marito et parenti [torn] filiorum ac fratrum suorum in quatuor [torn] eisdem Ostrzeszów anno Millesimo Sexcentesimo